

Stochflecke

G. J. 1700

Thes. P. VIII. 367 641.

7
EXPLICATIO

ἑλευκτικῆ

Evangelii Dominicæ post
Festum Circumcisionis.

Quam

DEO DUCE

P R Æ S I D E

Dn.

JOHANNES GERHARDO

DOCTORE ET PROFESSORE
THEOLOGO.

Suo

Preceptore, Patrono, Ad fine honorando.

Publicè

Ventilandam proponit

M. FRIDERICUS LYSERUS

Brunsvigâ-Saxo.

ANNO M. DC. XVII.

J E N Æ

Typis TOBIÆ STEINMANNI.

EXPLICATA

Evangelii Dominici post
Testum Circumlocionis

DEO DICE

VERBA

Dr.

JOHANNES GERHARDO

DOCTORE ET PROFESSORE

THEOLOG.

210

Præceptor, Tutor, Adf. honorando.

Publice

Lectionibus præcipit

M. FRIDERICUS LYSERUS

Brannsb. 210.

Anno M. DC. XVII.

J. E. V. E.

Typis Tobie STEINMANNI





THESIS PRIMA.



DVERSARIUS HOMINUM DIA-
bolus quamvis omnibus insidias struat,
maximè tamen Christi vitæ insidiatus fuit,
ut eum interficeret: ideoque summo studio
allaboravit, ut è medio tolleret familiam,
ex qua proditurum intellexerat. Jacobum
post acceptam benedictionem, per fratrem

Esavum occidere conatur. *Genes. 27.* Sed fuga in Mesopota-
miam, figuram gerens Christi, idem Jacobus servatur. *Gen. 28.*
In Ægypto curat interficere omnes masculos *Exod. 1.* at Ty-
pus Moses ex aquis extrahitur *Exod. 2.* Norat Davidi datam
oritur ex ipsius lumbis Messiaë promissionem. *2. Sam. 7. v. 12.*
Actor. 2. v. 30. ideo omne regium semen per Athaliam necare
gestit, verum typus Joas in templo mirificè absconditur *2. Reg.*
13. Hac spe frustratus per Haman instigat Ahasverum, juben-
tem, ut subditi delerent omnes Judæos à parvulo usque ad se-
nem, parvulos & mulieres. *Esth. 3. vers. 13.* At intercessione
Esther mirabiliter liberantur. *Esth. 8.* Cùm hoc frustra tenta-
tum, & jam *λόγος* caro factus, per Herodem in infantili æta-
te eum trucidare annixit: verum Deus *contra quem sapientia,*
prudentia & consilium nullum Proverb. 21. v. 30. ex faucibus Ty-
ranni filium eripit, cujus liberationis modus in hoc Evange-
lio describitur.

Jesus, qui de virgine natus in partes Ægypti secessit, & ab
Ægypto vocatus in terram Israël rediit, revocet errantes in Ægy-
pti variarum heresum caligine, & reducat eos mente & volun-
tate ad lucem veritatis, nosq; omnes in Ægypti hujus peregrina-
tionis exules, introducat in terram promissionis, modo fide,
spe & charitate, in futuro, re, specie, glori-
ficatione & veritate, Amen.



II. In hoc Evangelio ab Evangelista 1. fuga describitur.
2. ratio fugæ redditur, illa constat fugæ præceptione, & præceptæ executione.

III. Fuga præcipitur: v. 13. in quo indicatur. 1. Quando.
2. Quomodo Josepho sit revelata *αγγελος αὐτῶν δεῦρον* subintel-
lige *αὐτῶν*, qui dicuntur ab Hebræo *חַוִּי* vel *חַוִּי* inquire-
re, scrutari, meditari, Syrus *ܚܘܝܐ* quæ vox in Thalmudi-
cis libris notat Diabolicis artibus deditos, sed in Testamento
Syriaco, sicut & apud Persas, est honestum vocabulum, & si-
gnificat homines sapientiâ & religione claros. Fuerunt enim
Sapientes Persarum, Herod. l. 1. f. 26. *divini & humani juris in-
terpretes, universæq; Philosophiæ Professores. Plato in Alcibi.
Quot & quales fuerint, & unde venerint; hujus loci non est
perstringere. Porrò hæc verba non ita accipienda, quasi simul
atque recessissent, hæc fuga contigerit, præcessit enim teste
Luca cap. 2. purificationis historia. Cùm itaq; Spiritus S. sibi
non contrarius, observanda venit regula August. lib. 2. de conf.
Evang. cap. 5. sic unumqueng, & Evangelistam contexere narratio-
nem suam, ut tanquam nihil prætermittentis series digesta videat-
tur. Tacitis enim, quæ non vult dicere, sic ea, quæ vult dicere,
illis, quæ dicebat, adjungit, ut ipsa continuo sequi videantur, ita
tamen, ut non dicat continuo subsequuta fuisse, aut neget, alia inter-
cessisse. Nō igitur placet nobis opinio eorū, qui id asserunt, teste
Salm. T. 3. tract. 5. p. 44. vel Calvinii, in Harm. p. 50. Probabile est
inquit, Dominū Mariæ pepercisse, donec ex puerperio convalescit, ut
iter facere posset, cum () Lucas expressè testetur c. 2. v. 22. cōple-
tis diebus purgationis Christum adductum fuisse Hierosoly-
mam. [] neque adhuc apodicticè dies adventus Magorum
demonstratus sit. [] neque verba hæc, digressis illis, semper
immediatam rei subsequatæ cum præcedente connexionem
importent. () neq; vel ex Scriptura, vel probatis authoribus
demonstrari possit, Christum ex Ægypto adductum fuisse,
Hierosolymā, ad sistendum eum Domino: Josepho enim non
erat integrum citra mandatum Angeli redire in Judæam. In-
super Matth. c. 2. in fine monstrat, eos ex Ægypto secundum
vocatio-*

vocationem Angeli reversos Nazaretham, non Hierosoly-
mam abiisse. Et accedit consensus Patrum unanimes.

IV. Cùm itaq; certum sit post purificationem hæc fa-
cta esse, ulterius quæritur. I. quantum temporis intervallum
intercesserit inter purificationem & fugam. *Chryf. Theoph.*
Euthym. Ansb. non multò post factum esse asserunt. *42. plus*
minus à nativitate die fugit in Ægyptum ait Fr. Luc. Brucens. p.
29. In quorum sententiam, cùm nihil inconveniens & à Scri-
ptura alienum inveniri in ea posse æstimemus, lubentes disce-
dimus. *Epiphanius contra hæres. l. 2. Tom. 1. hæres. 51. pag. 357.* bien-
nium intercessisse putat, & in illa nocte, inquit, post duos nati-
vitatibus annos visus est Joseph Angelus (obiter hic nota *Salm. l.*
d. p. 45. affingere *Epiphanius* ipsum statuisse per biennium in
domicilio Bethlehemitico Mariam virginem hæsisse cum
puero &c. Cum *Epiphanius* dicat illos ibi non hæsisse, sed
quotannis memoriæ gratiâ à Nazareth isthuc rediisse) Non
adeò longè discedit *Tostatus Episc. Abul. in 1. part. Matth. c. 2.*
quæst. 58. p. 130. fol. 6. Post persecutionem, inquit, recesserunt in
Galileam in civitatem Nazareth. Et cùm ibi mansissent aliquan-
to tempore, apparuit ei Angelus &c. Et mox, potest dici quod po-
tuerit *Christus* manere in *Judea*, quasi duobus annis post nati-
vitatibus suam. Hunc sequitur *Piscat. in notis ad v. 19. p. 25.* bimul-
lus eò, inquit, est translatus. Verùm cùm (a) probari certò
non possit, illos post purificationem, ut mox audiemus, Na-
zaretham profectos esse. (b) Bethlehemum quotannis repeti-
visse. (c) inter adventum Magorum, (qui non biennio post fa-
ctus, ut falsò opinatur, *Epiphanius I.* quia *Matth. 2. v. 1.* dici-
tur *γέννησεν τὸ ἑνὸς* quod rectius de puero recens nato intelli-
gitur. II. *Chrysof.* idem probat ex voce *Ecce*, quæ in simili
casu talem significationem habet *Genes. 24. v. 15.* III. Quæ-
rentibus Magis de Rege admodùm Hierosolymitani turbantur,
ignorant eum natum; at post purificationem in templo,
solemnis illa *Simeonis* & *Hannæ* testificatio, quæ potuit, esse
ignota?) & fugæ præceptionem tempus tam longum interve-
nisse. (d) verùm ut verba *Matthæi* innuunt, paulò post disces-
sum eorum apparuisse Angelum, ad fugam repente arripien-
dam.

dam. & doctis. Chronologi demonstrant, Herodem anno secundo Christi obisse, priorem retinemus sententiam.

V. II. *Ex quo loco fugam arripuerunt?* Quidam putant ex *Bethlehem Epiphan. l. d.* quò post purificationem redierunt *Hunn. Tom. 3. comm. in c. 2. Matth. p. 38.* & usq; ad adventum Magorum & fugam mansit. *Flac. in 2. c. Matth. obser. 22.* & in *Luc. obs. 39. p. 220.* eò revertenti vel reverso Angelus Josepho apparuit, dicit *Fr. Luc. in h. l. pag. 25.* Quidam ex *Hierosolymis Centur. Magd. cent. 1. lib. 1. c. 10. p. 291.* Non dissentire videtur *August. l. 2. de conf. Evang. cap. 1.* Quidam in *vinere Nazaretham versus, Pelbartus in Pomerio.* Quidam ex *Nazareth*, motu *Luc. 2. v. 39. Theoph. h. l. Anselm. h. l. Tost. at. p. 130. Maldon. p. 53. Barrad. p. 485. Piscat. Herb. in notis, Ex Nazareth vel Jerusalem Salm. p. 405.* Contra non ex *Nazareth* fugam factam esse opinatur. *August. lib. 2. de conf. Evangel. c. 5. Beda Claud. Seifelius Sabaudiensis Archiepiscopus Turonensis in tr. de triplici statu viatoris p. 116.* Verùm cum hæc quæstio non sit articulus fidei, unumquenque suo sensu abundare permittimus, dicimus tamen ex *textu Lucæ* nihil firmiter concludi posse. 1. Cum Evangelistæ ejusmodi sententiis, sæpenumerò multa silentio prætereunt, saltum faciant. 2. *Vox Legis L. 2. 39.* latè sumi possit pro omnibus Scriptis V. T. sicut *Matth. 5. v. 18.* & ita Prophetia de vocatione filii ex *Ægypto Hos. u.* subintelligenda.

VI. Ad modum revelationis pertinet 1. *internuncii persona*, quæ est *Angelus* (*Gabrielem illum Orig. hom. 3. in diversos. p. 434. Barrad. Franc. Luc. fuisse volunt*) *Domini*, id est, à Deo missus, quo autor ipse, qui Deus innuitur. Et ut rei gravitatem intelligamus, ait Evangelista *idè*, quæ vox hic non est particula expletiva, vel ferè ociosa, ut *Exod. 31. v. 6.* sed asteriscus S. S. qui ut aliàs est signum (*) *promptitudinis Es. 6. v. 8.* (b) *assensionis Luc. 1. v. 38.* (v) *certitudinis Gen. 1. v. 29.* (d) *admiracionis Esa. 7. v. 14.* (e) *demonstrationis Marc. 13. vers. 1.* (l) *excitationis Johan. 19. v. 14.* ita hic notat promptitudinem Angeli indicantis, assensionem Josephi obsequentis, certitudinem eventus subsequens, admirationem pueri, cui sydera famula-

famulabantur fugientis, demonstrationem Evangelistæ fu-
 gam intuendam describentis, excitationem auditoris diligen-
 tis. II. *ὄναε* per somnium, per quietem nocturnam Josepho
 dormienti. Nam *ὄναε* sæpè idem valet, quod *in*, vel *per*, vulg.
Vatab. Flac. in somnis maluerunt interpretari, quasi scriptum
 sit *ὄναε*. Atqui *ὄναε* & *ὄναε*, sive *ὄναε* inter se differunt non
 minus, quàm somnus à somnio, quod indicat hîc *Homeri* ver-
 sculus *Iliad. β. εἰς ἡμῶν ἐνύπνιον ἠδ' ἔτι ὄναε* ac semper servatur discrimen
 inter *ὄναε* & *ὄναε* *Herod. in Terpsich. ψ. ἐνύπνιος* vocat. Quæ-
 runt hîc *Tostat. p. 129. Philip. Diez. tom. 3. conc. quadrip. p. 462.*
& alii. Quare Josepho & non Mariæ apparuerit, & Resp. 1.
 quia Josephus imperfectior fuit quàm Maria, propter quod
 consolatione indigebat. 2. Maria post conceptionem adeò
 illuminata fuit, ut sciret omnia prædicta per Prophetas de
 Christo; ast si hæc vera (.) cur non indicavit. (.) cur admira-
 tur illa, quæ dicebantur de puero *Luc. 2. v. 33.* (.) cur audiens
 hæc à Josepho, adeò tristatur, credo, inquit *Pelbartus, quod*
mox in lacrymas prorupit. Nos dicimus Deo sic placuit, & for-
 sitan quia sponsus & putativus vir Mariæ, ad cujus mandatum
 illa moveri debebat, eo indicare voluit mulieribus observan-
tiam maritis debitam. Adde quod talia non domestica sint,
 quæ mulieres concernunt. *Tit. 2. v. 5. 2. Quærun, cur non vi-*
gilanti, ut Zacharia, apparuerit. Resp. Eccius conc. 1. de Innoc. p.
46. ob ejus perfectionē. Sed *Resp. ei. 1. Domino sic visum fuit, ei*
ergò leges non ponendæ. 2. erat modus sufficiens, in eo n. sic
acquievit, ac si vigilans Angelum vidisset. 3. eo modo sæpius ut
supra, Matth. 1. v. 20. & infra convenire eum voluit. III. Oratio
Angeli, quæ constat propositione, ejusdemque ratione.
 VII. *In propositione nota fugæ 1. Tempus* *ἐπεὶ* surge
vulg. Flac. Syr. alii expergefactus. Id ita intelligit *Aretius, ut*
Josepho præceptum sit fugere, postquam somno fecisset satis:
sed ut effectus interpretatur creditu facilius est etiam a somno
surgere jussum fuisse. II. Comites, accipe puerum & matrem
ejus. Usus Scripturæ est, inquit Anselmus b. l. sæpè puerum no-
minare, ut agnoscamus eum, de quo dictum est, puer natus est no-
bis. Præponitur autem puer & ab Angelo & subseq. v. ad Ev-
 ange-

3
 3
 3

angelista, quia (a) dignior & matre superior erat. (b) propter eum fuga fiebat. (c) eum perdere Herodes intendebat. Matrem non uxorem (ut *Matt. 1. v. 20.*) nominat, quia *absoluto partu, etiam explosa suspicio est. Chrysoft. homil. 8. pag. 76.*
III. *Locus ad quem; Ægyptus.* Regio hæc erat Palæstinæ à meridie vicina. IV. *Duratio; usq; dum dixerò tibi,* (quot verò annorum fuerit, alibi indicatur) quæ verba consolatoria innuunt eum. (γ) tutum in Ægyptum venturum, (β) ibi servandum. (γ) illic non perpetuò exulem hæsurum. (δ) sed tandem incolumen rediturum.

VIII. *Ratio propositionis est imminens periculum. I. A quo? Herode,* qui dictus fuit aliàs Herodes Magnus, vel Ascalonita. Fuerunt enim tres, de quibus versiculi:

Ascalonita necat pueros Matth. 2. v. 16. Antipa Marc. 6. v. 27. Ioannem

Agrippa Actor. 12. Iacobum claudens in carcere Petrum.

Hunc non alienigenam, sed Judæum fuisse contra receptam opinionem firmissimis argumentis probare videtur *Casaub. II. Cui? puero. III. De quo, de vita videlicet ἀπολέσασιν αὐτὸν ad perendum Eras. Piscat. Vat. Flac. Vulg. &c. ut perdat eum Syrus. Biblia Wecheliana* testantur in Regio opere legi ἀποκτείναι, hanc vocem secundum exemplar *Beza* quoq; habuit, quam lectionem si sequaris, optimè vertis ex *Cicerone pro Sextio ad necem.* Exposita igitur oratione Angeli, non immeritò quaeritur, *Cur Deus fuga eripere voluit Christum, qui ob mortem sustinendam missus erat?* Si quaestio etiam sit, quibus mediis, aut quo ordine consulere Filio Deus potuisset, Respondemus Deo facile fuisse tyrannum tollere, ut Herodem Agrippam *Actor. 12. consilia evertere 2. Sam. 17. v. 14. cor mutare Prov. 21. vers. 1. impedimentem injicere 1. Sam. 25. v. 27. cœcitate percutere 2. Reg. 6. v. 18. &c.* sed & hoc dicimus: 1. Deum non facile ad extraordinaria, ubi media juvandi ordinaria suppetunt, descendere. 2. ostendere voluisse regnum Filii non esse de hoc mundo *Iohan. 18. v. 36.* qualemque vitam Filio ordinaverit. 3. Mortem hanc neque nobilitati pueri, neque Prophetiis, quæ

quæ de eo scriptæ, neque hominum necessitati (totus enira orbis eius divina doctrina & exemplo caruisset) convenientem fuisse.

IX. *Fuga præcepta executio* habetur vers. 14. de qua itidem nota. I. *Comites*, puer & mater. II. *Tempus*. ille vero expers factus [id est, cum post visum evigilasset] assumpsit &c. *noctu*. An verò eadem, quâ admonitus, an alia nocte, aufugerit Joseph, variant Interpretes. *Tost. Episc. Abul. quest. 59. pag. 130. f. b.* aliquot diebus post admonitionem eum fugisse, statuit, quia 1. præparatoriis ad iter indigebat. 2. ob diurnam absentiam res suas disponere eum oportebat. *Salmer. p. 108. Si in Jerusalem, inquit, facta admonitio in civitatem prius Nazareth venerunt, ut prius sumerent necessaria Pisc. p. 25. Bethlebemi, ait, primum Jerusalem, à qua Nazaretham profecti, ut sua disponerent, sed pag. 28. contrarium scribit, recessit nocte, ne moram neceret, sed quàm celerrimè se subduceret. Verùm eadem nocte profugisse. 1. verba Evangelistæ indicare videntur, surge & accipe, qui consurgens, accepit nocte. 2. Angelus monebat fugere ob periculum pueri. 3. Celeritas, ne mora induceret periculum, idem suadebat. 4. Ex hac fuga colligit Jansen. pag. 82. ipsorum paupertatem, quod non opus fuerit longo tempore ad colligendas sarcinas. 5. accedit consensus adversariorum Ludolphus lib. 1. de vita Christi c. 13. credibile est, dicit, propè fuisse carnifices, qui puerum quarebant, quoniam intempesta nocte fugere jubetur. Mald. p. 53. Barrad. pag. 486. Brug. Osor. p. 171. Lopez. pag. 53. Vincent. frat. ord. predic. in Octav. innoc. Noctu autem secessit, quia (x) tutius, humana enim prudentia adhibenda, ni Deus peculiariter prohibeat, ne Deus tentetur. (y) ob diurnum tunc temporis (ut quidam volunt) æstum commodius. (z) ad obedientiæ promptæ declarationem efficacius.*

X. III. *Locus ad quem, Ægyptus*. Hic quæritur I. *Quare fugit, & quidem in Ægyptum?* Josephus tenebatur ob mandatum. *Christus verò fugit non formidine humanâ, sed dispensatione divinâ, non necessitate, sed potestate. Fulg. serm. 5. ut cedat tempori, non Hierodi Chrysol. sermon. 150. Non enim fugit mortem,*

B

mortem,

mortem, qui mori venerat, nec insidias expavit, qui insidias & versutias Diaboli aperire venerat. Ludol. August. quest. 90. super Exod. Anselm. b. l. autumant, eum fugisse ad explendam Prophetiam Exod. 23. v. 19. consentit Thom. in 1. 2. q. 102. art. 6. ad quartum. Quem locum ad Christum mysticè accomodari posse, uti non negamus, ita literaliter de eo intelligendum, valdè dubitamus. Pelbart. in con. 3. de innoc. inter alias etiam hanc affert causam, ut potestatem & majestatem suam ostenderet, illudque probat fabula latronis, adorantis Christum in via. Verùm cum Christus eo ipso exinanitionem suam ostendere voluerit (aliàs enim non fugisset, sed ipsum tyrannum & omnes milites occidentes pueros, tollere potuisset, quod majoris majestatis fuisset) nos putamus, idè eum fugere voluisse. 1. ut humanæ naturæ veritatem demonstraret. Fugit Dominus, ut credatur, quod reverà & homo sit. Nam si in manus incidisset Herodis, & non fuisset occisus, opinati fuissent incarnatum eum apparenter, inquit Theoph. b. l. Et si à prima prorsus infantia mirabilia monstrasset, homo procul dubio creditus non fuisset Chrysost. hom. 8. p. 76. 2. ut hominibus fugæ licitæ & tolerandatum persecutionum exemplum præberet. 3. ut doceret, quod sicuti natus est, ut corruptam naturam repararet, ita fugiat, ut fugaces revocaret. 4. ut mundi gloriam instabilem esse ostenderet. 5. ut typum impleret. Venit David in Najoth 1. Reg. 10. liberans eam, & statim cogitur fugere, ne in manus Saulis incidat. Venit Christus in mundum liberans eum, cogitur fugere, ne in manus Herodis incidat. 6. ut regnū Dei à Judæis ad gentes transferendū fore præfiguraret. In Ægyptum v. l. quia ad fugā cōmoda erat, in qua utpote aliena ditio non erat facultas Herodi inquirendi de latebris pueri. 2. ut Prophetia impleretur. 3. ut sic figuræ in Josepho veritas responderet. 4. ut se verum Moysen esse ostenderet: sicut enim Moyses populum Dei de Pharaone & Ægypto liberans duxit in terram promissionis, ita Christus populum fidelium de Diabolo & inferno liberans, secum ad regnum deduxit beatitudinis. Jodocus Nabum Dom. 1. post. Calend. Jan. p. 103. affert hanc causam. Ut Ægypto innotesceret Messie exhibitio, eò misit, cum Messia incarnato Josephum & Mariam publicos

cos Christi confessores. *Ferus. l. 1. com. in Matth. p. 24. ut ab Idolatricis spurcitiis emundaret Fr. Luc. ut prepareretur ad aliquod primordium verae pietatis. Lud. Carth. ut Christus eam specialiter praeceteris illuminaret & sanaret. Pelbart. Salmer. d. l. ut misericordiam jam pro afflictione per Moysen facta declararet. Reliqui vero Pontificii fere omnes adducunt Prophetiam Esa. 19. ut ostendant, propterea Christum venisse in Aegyptum, ut idola destrueret. Verum dictum Esaiæ non loquitur de corporali illo ingressu Christi, sed de spirituali, de concione videlicet & propagatione Evangelii per Apostolos facta, ejus enim virtute Idolatria destructa & vera religio plantata est. Quomodo vero vel ex Scripturis, vel ex probatis authoribus demonstrari possit id, quod praenominati afferunt, videre non possumus. Judæi aliam causam proferunt, quam Munsterus in Evangel. Matthæi Hebræo ad finem cap. 2. his verbis proponit: dicit R. Abraham, quod Jesus ignominerit expositionem nominis Dei, cum etiam in diebus Moysi, quando sanctior ætas erat, nemo illud noverrit, sed quicquid fecit, fecit per Magicam artem. Nam dicitur in Evangelio, quod fuerit in Aegypto duob. annis, & didicerit Magiam. Verum (a) nusquam hoc legitur in nostris Evangeliiis. (b) qui potest infans in Aegyptum deportatus, & in Judæam reportatus magiam addiscere. (c) si didicit, quare non edidit miracula ante tricesimum ætatis suæ annum. (d) Apage Satan cum blasphemiiis.*

XI. Quærent hinc nonnulli an via terrestri, an maris abierit? Sed creditur terrestre iter peregrisse ait Barrad. p. 486. via enim maris nociva puero fuisset. *Tost. Salm.* putat eos per Galilæam ivisse. *Ludolphus Carthus.* per desertum illud, per quod filii Israël transierunt: quidam putant asinâ vectum, & in ea opinione versantur pictores. Quidam in humeris à Josepho portatum & huc accommodant *Ezech. 12. v. 12.* quem versum *Glossa interlin. de exitu è limbo interpretatur, Eccius in Postill. pag. 47.* Verum cum hæc quæstio ad salutem nec scienti proffit, nec ignorantibus obsit, in medio relinquimus, dictum *Ezech.* sic habet: & Dux [Rex Ezechias] qui est in medio ipsorum, ad humerum portabit sc. sarcinulas vel dimisso capite au- fugiet,

fidei ca

FO #

x

3

x

11

fugiet, non verò portabitur, facit itaque hic locus nihil vel ad portationem Christi in Ægyptum, vel ad exitum è limbo. *Ubi verò manserit.* III. Variant quoque commentatores. In aliquo oppido inter Cairum sive Babyloniam Ægyptiam & Heliopolium *Barrad. p. 487. & Fr. Luc.* Heliopoli commoratus, ait *Ansb.* consentiunt *Ludolph. Abul. Salm.* Matarææ vel Maturææ, ut legit *Baronius* domicilium habuisse asserit *Borchard.* in *Geograph. Ægypt.* referente *Jansen. c. 11. harm.* & dicit distare à Cairo 10000. passuum. Sed cum Evangelista locum non exprefferit, aliunde constare certò posse non arbitramur.

XII. IV. Non inutiliter quæritur, *quid de miraculis, quæ in fuga & in Ægypto facta dicuntur, sentiendum.* Multa recensentur ex *Sozomeno, Nicephoro* & aliis non modò à *Postillatoribus*, sed & à *Baron.* ad annum Christi. 1. num. 43. 44. 45. 46. *Tostat. p. 133. Salmer. p. 409. & c.* Inprimis urgent ruinam simulachrorum in Ægypto, quam *Esa. 19.* prædictam fuisse asserunt. Verùm respondemus. 1. in genere de omnibus, quod *Eusebius* & alii verustiores nihileam de re scripserint, non commissuri pro sua diligentia & taliù rerum sagaci inquisitione, si quid eis certi de hisce constitisset, locus *Esa.* ut modò dictum, agit de spirituali Christi ingressu per prædicationem Apostolorum. Ex *Euseb. libr. 6. dem. onst. Evang. c. 20.* talis ruina visibilis probari nequit, ait enim *tunc invisibiliter Demones talia passos, cum Salvator in Ægyptum cum visibili corpore veniret.* *Orig. homil. 3.* in diversos & c. ingressum Christi allegoricè more sibi consueto explicat *Epiphanius in vita Jeremia,* non certum definit tempus, quando Prophetia illa Apocrypha impleta fuerit, dicit enim, *id quod tandem usu venit illis Athanasium l. de incen. pag. 66.* non intelligere illam destructionem Idolorum, quam sibi adversarii imaginantur, abundè patet, tum ex antecedentibus, cum ait *quod antequam Christus in humana specie apparuisset, de adversariis Demonibus victoriam, & de idololatria triumphum reportavit,* tum ex consequentibus, cum fusè demonstrat, quomodo post ipsius nativitatem per prædicationem Apostolorum totus mundus ab idololatræ cultu fuerit conversus. *Aug. l. 1. de consensu Evangel. c. 16. & 17.* agit

agit quidem de collapsis simulachris, sed non modo de Ægyptiis [eorum enim nulla in specie fit mentio] sed de omnibus per prædicationem Apostolorum Christi, cap. 30. in quo contra Lucianum disputat, nihil occurrit, quod huic rei aptari possit. Adde quod in prænominatis capitibus, nec Prophetiæ Esaiæ, nec contra Judæos dissertationis in specie ulla fiat mentio, quod utrumque asserit *Salmer. l. d. Quid locus Theodoretii in cap. 19. Esa. & Euseb. lib. 6. cap. 2. & 5. cap. 8.* à Salmerone citatus ad hanc rem faciat, non videre possumus. Christum enim non venisse mittere in terram pacem libenter concedimus, an verò inde probari possit ruina idolorum Ægyptiorum in ingressu Christi, id est quod non sine causa monstrari petimus: Deo enim non præscribendum, quid nobis iustius videatur. Quod enim ad præsentiam arcæ Domini, muri Jericho & Idolum Dagon corruerunt, id Dei ita volentis majestas requirebat, quod verò ad præsentiam Christi idola similiter non corruerint, id Christi semetipsum exinantis humilitas inhibebat. Quo accedit, quod nonnulli ex Pontificiis fabulosa hæc esse judicent, *Quæ dicuntur de simulacris Ægypti collapsis, aliisque miraculis in Ægypto editis, fabulosa planè videntur*, inquit *Jansenius pag. 82.* quem *Baronius ad annum Christi. t. num. 33. p. 67.* nominat virum Theologicis Facultatibus nobiliter excultum, quo non mediocriter sit delectatus *Salmeroni* opinanti Christum in Ægypto & in reditu multa privata miracula edidisse, quæ *B. Brigitta l. 6. c. 58.* recenset, ut specimen quoddam & præsagium futurorum ederet, Respondemus verbis *Maldon. in c. 2. Matth. p. 54. Multa de Christi in Ægypto miraculis obscuris vulgò autoribus circumferri video, quæ haud scio, an ex Alcorano Mahumeti manaverint, ubi eadem inter fabulas lego, & non decet Christianos à Mahumeto spurcissimo & mendacissimo auctore Christi discere miracula.* Evangelistam habemus Johannem, qui Christum affirmat primum in Cana Galilæe conversa in vinum aqua, miraculum edidisse. c. 2. v. 11. Quod etsi scio ad ea, quæ post reditum ab Ægypto fecit, posse restringi, tamen cum nihil sit, quod restringi cogat, multo est probabilius universè intelligendū esse, quod uni-

versè dictum est. Haecenus ille. Quid purior illa antiquitas de his miraculis senserit, vel unus Chrysostomus testatur dum expressis verbis illa rejicit homil. 17. p. 89. tunc constat, signa illa & miracula, quæ in Christi pueritia feruntur, vera non esse. Nam si à pueris miracula facere cœpisset, non sanè eum Johannes ignorasset, nec reliqua multitudo indignisset magistro, qui ipsum manifestaret. Similia habet homil. 21. p. 107. & 23. pag. 118. in Johannem.

XIII. Quàm diu in Ægypto fuerit his verbis indicat Evangelista: *ἔζη ἢ ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου, usq; ad finem sc. viræ.* Syrus *דְּמִיָּתָא* donec moreretur ab Hebræos *מֵת* mortuus est. Græcis enim *τελευτή*, metonymicè mors dicitur, quod sit *τέλος* & *βίη ἐκάστω* dicente Demosthene, alioqui *τελευτή* extremum significat cujuscunque rei, adeò quidem & *τελευτή θνατόιο* periphrasticè mortem ipsam Homerus declaret. Latini ratione parum dissimili obitum vocant, sumpta metaphora ab his, qui iter faciunt.

XIV. Ratio hujus fugæ redditur v. 15. *ἵνα πληρώθῃ τὸ πρόφῃ* ut impleretur, adimpleretur dictum. Particula *ἵνα* hîc non causam, sed eventum significat. Prophetia desumpta est ex Hof. c. 11. v. 1. Hieronymus indicat posse videri etiam sumptam è Num. 24. v. 8. dicente Balaam, *Deus ex Ægypto vocavit eum gloria ejus, quasi gloria unicornis.* Propheticus textus in fontibus hîc. *Quia puer Israël & dilexi eum קָרָאתִי לְבָנִי* & *ex Ægypto vocavi filium meum* LXX. ita reddiderunt. *Διότι νῆπι. ὁ Ἰσραὴλ κ' ἐγὼ ἠγάπησα αὐτὸν κ' ἐξ αἰγύπτου μετεκάλεσα* [alii legunt *μετεκαλέσασα*] *τὰ τέκνα υἱῶν.* *Quia puer Israël & dilexi eum, & ex Ægypto vocavi filios ejus, aut quia pro בְּנֵי* Filium meum legerunt *בְּנֵי* filios ejus, aut quia sensum magis consentaneū esse judicarunt. Salm. p. 411. existimat LXX. studiosè ita transluisse ad celandum Regi Ptolomæo mysterium Trinitatis. Ex hac verò translatione occasionem arripuit Julianus Christianos calumniandi quasi Matthæus violentè detruserit ad Christum, quod dictum sit de Israël. Refert Jansen. p. 82. Græcos quosdam, quod non invenirent testimonium hoc ut in libris

libris suis dixisse, post publicatum Evangelium fuisse è Scri-
pturis sacris rejectū; cum tamen nō Judæis, sed LXX. si modò
verā & originalem eorum translationem haberemus, id foret
imputandum. Quo verò sensu hæc Prophetia impleta ambi-
gitur. *Jansenius p. 83.* reprobata typica [quàm in subsequenti-
bus etiam admittit] & propria expositione ponit duos modos
impletionis Scripturarum, quorum ultimus *cum quidem sit,*
quod Scriptura commemorat, etsi id non fuit proprie ab autho-
re intentum; ad hunc modum & Osee Prophetia impleta, quo-
niam id, quod scriptum de Israël, appositè etiam competat in
Christum &c. perinde est, ac si dixisset, ut & de puero Jesu illud
Propheta verificaretur. Ex Ægypto vocavi filium meū: ut si quis
verba faciens de patre aliquo mirè sollicito pro filio diceret, vidis-
ses amore desiderioq; filii non posse consistere, omnia negligere,
omnia post habere, ut filium præsentem haberet, ut impleretur in
eo illud Maronis:

Omnis in Ascanio chari stat cura Parentis.

Sed i. sententia hæc refutatur à scopo Evangelistæ, qui hoc te-
stimonio ostendere voluit, non pugnare cum Scriptura, quod
Christus ex Ægypto venerit, licet terra Canaan ideò promif-
sa, tradita & restituta sit Israelitis, ut locus notus esset, ubi
Messias nasceretur. 2. quod impletur, dicitur non per accom-
modationem, sed propter prædictionem. 3. quomodo evade-
mus calumniam Juliani Apostatæ? 4. fermè omnia tam præ-
dicta de Christo, quàm non prædicta implerentur in Christo,
& tam dicta à Poëtis & profanis autoribus, quàm à sanctis va-
tibus, quod absurdum. Missa ergò hac expositione reliquas
tres afferemus, quamcunque harum amplecti quis velit, uni-
cuique liberum permittimus. 1. Est eorum, qui typicè, my-
sticè seu allegoricè hanc Prophetiam exponunt, & dicunt sen-
su literali, in populo: sensu allegorico in Christo impletam
esse. *Theoph. Centur. Magd. cent. 1. l. 1 c. 10. p. 290. Hunn. in*
Matth. 2. p. 39. Luc. Osiander. in Hos. 11. & Matth. 21. Flac. p. 2.
clav. Script. tr. 4. p. 396. Lyra in Hos. 11. Dion. Carthus. Fr. Luc.
p. 26. Maldon. Matth. 2. Barrad. p. 488. Osor. p. 172. Pisc. in
Hos. 11 p. 65. Neque mirum alicui videri debet, quod populus
unius

unius Christi figuram gesserit. I. Israëlitas Deus pro uno ha-
buit, ideoque primogenitum hunc confert cum primogenito
Pharaonis *Ex. 4. v. 22. 23.* II. Unus David 10000. exæquat.
2. Sam. 18. v. 3. III. Unus Jacob populi Israëliti, unus Elav
populi Edomitici figuram gessit *Genes. 2. v. 23.* Comparatio
verò talis institui posset: Sicut Israël præ populis filius Dei dile-
ctus, in Canaan quasi natus, tanquam infans in Ægyptum
mortem famis fugiens delatus, puer peregrinus in ea mansit
ex Ægypto infanticidis regibus sublatis à Deo revocatus, per
mare egrediens, vitamq; & gens per 40. annos in deserto tan-
dem terram promissam occupavit: ita Christus præ omnibus
humanæ naturæ participibus Filius Dei naturalis & dilectus in
Canaan natus, infans in Ægyptum, mortem per insidias He-
rodis imminentem fugiens, delatus, puer peregrinus in ea
mansit, infanticida Herode sublato ex Ægypto à Deo revo-
catus est, in Jordane à Johanne baptizatus, per 40. dies in de-
serto hærens & tentatus, demum officium suum inchoavit.
II. Est eorum, qui analogicè ad Christum referunt propter
conjunctionem capitis Christi & membrorum. Tanta enim
est, ut quæ de membris dicta, rectè ad caput referuntur, ut
conformitas capitis & membrorum *Rom. 8. vers. 29.* manife-
stius ostendatur. Huc respiciunt & illi, qui dicunt, dictum hoc
duplicem habere sensum literalem, qui verificatus de Israël,
perfectius verò de Christo. Rectè itaq; dicitur impletum esse.
I. in populo Israël, ut in membris. 2. in ipso capite puero Chri-
sto, ait *Chemnit. p. 250.* Huic sententiæ astipulantur *Flac. p. 14.*
in Matth. Calv. in Hos. & in Harm. pag 51 Beza adh. l. 7. Dru-
sus in c. 11. Os. p. 154. Ludolph. Carthus. Toft q. 57. III. Est eo-
rum, qui propriè & literaliter & simpliciter de Christo hoc præ-
dictum fuisse asserunt: Scriptura enim dicitur impleri, cum
quæ prædicta sunt, eventu ac opere ipso comprobantur. Pro-
phetiæ enim minæ ac promissiones rerum futurarum, veluti
vacuæ hiant & expectant rei ipsius in eis prædictæ præsentiam:
quæ cum advenit, tum quasi illud vacuum desiderata mensu-
rà repletur. Ad hanc classem referri potest *Chrysostomus, qui*
homil. 8. in Matth. pag. 88. Mos Prophetarum, ut multa sæpè

de aliis dicantur quidem, sed in aliis impleantur: ut illud, quod
de Simeone & Levi dicitur: dividam eos in Jacob, & dispergam
eos in Israël &c. Quis enim magis ac propriè Dei Filius esse di-
citur, ille ne populus, qui adorabat vitulum &c. an verò Dominus
Iesus Christus, qui natura Dei Filius est, & toto Patrem honore
veneratur? Itaq; nisi advenisset iste, nequaquam Prophetia di-
gnum finem habere potuisset. Considera igitur quemadmodam
istud ipse Evangelista designet dicendo, ut impleretur. Ostendit
enim quoniam, nisi venisset iste, non utiq; fuisset impletum. Rupert.
Tuitiens. in comment. sup. Hos. 11. ad literam de Herode inter-
pretatur. Sicut manè transit, pertransit Rex Israël, id est, He-
rodes, qui puer Israël, id est, Christus &c. Andr. Osiander libr. 1.
Harm. cap. 11. Primò multas dissimilitudines inter Christum,
& Israëlitas affert ad ostendendum, eos in hac parte non fuis-
se typum Christi: Deinde Prophetiam de Christo explicat, &
verba ita reddit, Manè extirpando extirpatus est Rex Israël,
[qui ipse Christus Psalm. 22. cerva matutina nominatur] quia
inspiens Israël, & tamen dilexi eum & ex Aegypto &c. Toft. q. 57.
itidem literaliter de Christo & prædictum & impletum hoc
fuisse multis ostendit. Similiter Franc. Jun. Parall. lib. 1. par.
6. pag. 1000. ubi causam affert, quare nec typicè nec analogicè
Prophetia exponi debeat. Cujus sententiam amplectitur Pif-
cator in annotat. b. l. Nec obstare videtur, quod Propheta in
præterito loquatur, siquidem multæ apud Prophetas Prophe-
tia in præterito proponantur, ita Esa. 60. v. 1. 61. v. 1. 2. 3. &c.
Prophetis enim ea tam certa fuere, ac si jam facta fuissent. Sæ-
pè etiam prophetant in alia atq; alia forma orationis, sæpè
non præ se ferentes, tanquam aliud sint de futuro prædicturi,
ac quasi aliud aliquid agentes, ut Psalm. 2. tanquam si objur-
get quosdam impios, qui olim veræ religioni restiterunt præ-
dicat imposteros fore tales, qui Christo repugnent, & ab eo
punientur. Sæpè etiam dum de alia re præsentis loqui viden-
tur, de futuris aliquid prædicunt. Ita Exod. 12. v. 47. Os non
confringeris, dum videtur Mose docere modum edendi Pascha,
prædicat formam passionis Christi. Ita Esa. 7. dum videtur
promittere aliquod miraculum, quo præsentis liberationis

C

p. 0-

promissionem confirmat, aliud longè majus agit: prædicit enim Christum ex virgine nasciturum. Ex quibus etiam patet, non opus esse ut omnia & antecedentia & consequentia Christo convenient, cum sit familiare Prophetis multa miscere, & nunc præsentem & futuram rem simul eisdem verbis comprehendere, nunc à præsentem ad rem futuram, nunc à futura ad præsentem transire.

QVÆSTIO I.

Utrum Deus mala præsciat?

Eglisemmius in disceptatione cum Vorstio ex hujus hypothesib. deducit, quod statuat Deum quendam corporeum, visibilem, longum, latum & profundum, in certo quodam loco affixum, non omni, sed multipotentem, non omni sed multiscium &c. adeoq; Deum, non Deum &c. Quibus Præceptoribus præter rationem propriam verbo Dei præpositam hac in sententia usus sit [non de aliis, sed de ultimo jam acturi sumus] demonstrant scripta Sociniana: confer enim caput. 23. Apol. Exeges. Vorstii cum c. 8. 9. 10. 11. prælectionum Socini, cumq; Smalcio, qui eum hac in opinione sequitur, contra D. Franzium, & res erit expedita. Sed animus est non harmonicam collationem Vorstii & Socinianorum: verum solidam refutationem horum errorum instituire. Socinus cap. 10. p. 38. quinque proponit regulas, ex quibus omnia dissolvi posse censet, quæ contra impiam ejus opinionem proferuntur. I. Quod si testimonium loquitur de bonis operibus certò prævisis, sine dubio ea Deus ipse decrevit. II. Quod, sive de bonis sive de malis operibus loquitur, fieri potest, ut prædictio sit ex planè verisimilibus tantum, ob idq; non certa, neq; ex prænotione, de qua quærimus. III. Quod, monitio potius vel boni faciendi, vel mali vitandi esse potest. IV. Quod, si certa mali operis prædictio erit, ipsum quidem opus à Deo decretum fuerit, non autem cordis malitia. V. Res indifferentes nemo non videt, ideo prædici posse, quia decreta fuerint. Structuram hanc totam destruit prædicta fuga Christi in Ægyptum ob infanticidium à Jeremia prædictum, præsupponimus

nimus, quod verba clare monstrant, prædictam fuisse fugam
 & fugæ causam certam, videlicet infanticidium: *presupponi-*
mus, quod itidem clarum, vaticinium Jeremiæ ante 800. annos
 prolatum, ad infanticidium hoc respicere: *presupponimus*,
 quod quivis videt, infanticidium ipsum, propter quod Chri-
 sti fuga mandata opus fuisse pessimum. Accommoda ad
 vaticinium hoc omnes supra dictas regulas, nulla quadrabit:
non prima, opus enim bonum nequaquam est: adde, quod ea-
 dem ipsa funditus sententiam Photinianam destruat, decreta
 Dei certò prævisa statuit: at de quovis malo opere duplex de-
 cretum Deus ab æterno tulit tum permissionis, quod permit-
 tere decreverit malum opus: tum directionis, quod bonum
 finem inde elicere velit: atq; hoc respectu duplici etiam modo
 malum opus ipsum sub infallibilem Dei præscientiam cadat
 necesse est ex ipsa Socini hypothesi. *Secundam regulam* itidem
 ad præsens negocium [ubi non de conjectura incerta, sed præ-
 dictione certissimo eventu completa agitur] ineptam & in se
 falsissimam ac impiam judicamus: tollit enim certitudinem
 prædictionum divinarum in sacris, ipsiusque adeò Scripturæ:
 tollit infallibilitatem præscientiæ divinæ, Deumq; in homi-
 nem transformat: convertit certissimum *τιμῆσιον* veri Dei
 Esa. 41. in accidens commune Deo, hominibus, ariolis, ora-
 culis Ethnicis: expressè Scripturis contradicit. *Esaias enim*
cap. 41. divinam prædictionem conjecturis [quæ etiam idolis
 Diabolicis communes esse possunt] oppositam, sicque ex
 infallibili præscientia ortam, dicit esse circa ea, quæ *אֲרִיֹלִים*
 accident *אֲרִיֹלִים* enim in Calduo significata habet, *obviare, oc-*
currere, quæ hîc aliena, deinde *contingere, accidere*, adeoque
 ex mutabili, inopinataq; causa oriri. *Genes. 42. 29. annuncia-*
verunt Jacobo omnia contingentia eis v. 38. accidet Benjamin
periculum in via. Gen. 44. 29. accidet Benjamin mors. Estr. 6. 13.
narravit Haman omne quod acciderat sibi: atq; in hac significa-
 tione etiam hîc accipiendum omninò est, hinc LXX. reddide-
 runt *ἀποβήσεται*. *Pagninus accidentia futura, Ar. Montanus, que*
accident, infallibilis proinde futurorum contingentium sive
 bonorum, sive malorum præscientia Deo omninò est tribuen-
 da.

da. *Tertia regula* itidem hoc loco aliena & ex iisdem argumentis, quibus præcedens, falsa. *Quarta regula*, quæ opus ipsum à cordis malitia discernit, obscura est: si enim hac distinctione illud vult, quod nos aliàs dicimus, distinguendum esse nimirum actionem ipsam, & actionis *causam* illam à Deo, hanc non esse: concedimus distinctionem, negamus illationem: applices enim ad nostrum exemplum, & hoc emerget: infanticidium Deus decrevit, quatenus actio fuit: sed quatenus actio mala fuit, Deus certò non prævidit, quia non decrevit, absurditatem quivis videt: sin, quod videtur velle, hoc innuit: malam quidem actionem etiam quatenus mala est, à Deo decretam esse: non verò ipsam cordis malitiam prævisam: agit, & impiè Dei decreto effectum malum tribuens, sicque Deum causam peccati constituens, & ineptè effectum, opus videlicet malum à proxima & immediata causa, malo videlicet corde sejungens. *Quinta & ultima regula* nihil hic efficiet: ipsa verò explicatione indiget: quomodo quædam res simpliciter indifferentes, id est, neq; bonæ, neq; malæ esse, & quomodo eadem à Deo decerni possint. Concludimus hæc tenus dicta, hisce: *Deus infanticidium, quæ actio mala ex contingente causa, libera videlicet, sed mala, Herodis pravitæ orta: annis 800. antè, imò ab æterno vidit, scivit: sicq; de futuris contingentibus determinata apud Deum veritas. De similibus idem esto iudicium.*

QVÆSTIO II.

Quid de Angelorum apparitionibus habendum?

Ordinarius modus, quo Deus post constitutum completum canonem N. T. nobiscum agit, est sacra Scriptura. *Extraordinarius* modus revelationis varius fuit. 1. *Per alloquium* à facie ad faciem. *Exod. 31. 11.* 2. *Per visiones* extaticas. *Actor. 10. 10. Matth. 21.* 3. *Per occultam inspirationem*, plerunque Prophetis factam. 4. *Per Urim & Thumim* *Exod. 28. 22.* 5. *Per somnia* *Num. 12. v. 6.* 6. *Per Angelos*, *Genes. 19. 32.* Revelatio divinæ

divinæ voluntatis in nostro Evangelio facta, ad postremos
duos pertinet modos: Angelus n. Joseph apparuit, & per info-
mnia, an hodieq; similes apparitiones expectandæ, & si quæ
tales esse videantur, quid de iis statuendum sit, non immeritò
quæritur. Etsi verò Deo præscribere modum nec velimus,
nec possumus, quomodo cum hominibus agere queat vel de-
beat: attamen si homo ejusmodi apparitiones jactitaret, dice-
remus ei, hoc ipsum, quod profert, esse & *extraordinarium &*
periculosum & supervacaneum. *Extraordinarium* quidem 1.
quia in Scriptura ad Scripturam unicè remittimur rejectis ap-
paritionibus. *Luc. 16. 31.* 2. quia Christus unicè audiendus no-
bis propositus. *Matth. 3. & 17. Johan. 10. & 14.* 3. quia expref-
sè Scriptura asserit postremam revelationem voluntatis divi-
næ in N. T. factam esse per Filium *Hebr. 1. 1.* atque hinc in
N. T. non adeò frequentes ac in V. Angelorum apparitiones.
4. quia id, quod à Christo institutum est, in negociis fidei
usque ad ejus adventum, immutabiliter observari debet. *Cor.*
11. 26. *Periculosum* verò 1. *ratione ejus, qui apparet:* incertum
enim, an bonus, an malus iste sit Angelus: *tenebrarum enim*
Angelus in Angelum lucis transformatur, decipiens oculos ait
Augustinus ex 2. Corinth. 11. 14. hinc in vitis Patrum legimus
de Anachoreta quodam, cui apparuit Diabolus, & dixit: Ego
sum Archangelus Gabriel: at cum Anachoreta respondisset,
non dignus sum, ut Deus Angelum ad me mittat: Diabolus
evanuit. 2. *ratione ejus cui apparet:* dubium an verè ei appa-
ruerit quis, an verò id ipsum fingat: sic Manichæi visiones ja-
ctitarunt; idem de Montano refert *Epiphanius tom. 1. libr. 2.*
Mahomet gloriatus est Consiliarios suos esse Michaëlem &
Gabrielem: atque notæ sunt fabulæ è Papatu de Angelorum
visionibus, de quibus adhuc mendaciter reliquias ostendunt:
huc etiam referendum putamus [nisi ad priorem referre ma-
lis speciem] nocturnum Zuinglii monitorem. *Supervaca-*
neum deniq; esse hoc videtur, aut enim annunciat Angelus ap-
parens cum Scripturis consentientia, sicq; eo non admodum
opus erit: aut dissentientia, & anathema eidem cum Paulo
dicimus, *Galat. 1.* Politica propriè hoc loco à nobis non cu-
rantur,

rantur. Non ergo censemus reprehendendum illud *Augustini*, quando orat, ne Angelus ei appareat, cum sacra Scriptura sufficiat.

QVÆSTIO III.

Quid de insomniis statuendum?

De apparitionibus Angelorum præcedente quæstione actum, restant quædam de somniis dicenda. *Augustin. tom. 3. de spiritu & anima cap. 25* quinq; facit somniorum genera. 1. est oraculum *νευρομαντεια*, quando persona in somno apparens aliquid denunciat. 2. *Visio regum*, cum id, quod videt quis eodem modo, quo apparuerat, evenit. 3. *Somnium* *ὄρασις* est *φαντασμα*, & sine interpretatione intelligi non potest. 4. *Insomnium*, *ἰσωνια*, quod ex naturalibus causis oritur. 5. *φαντασμα*, quando qui vix dormire cœpit, & adhuc se vigilare æstimat, aspicere videtur varias formas, atq; huc *Ephialtes* refertur. *Causas somniorum* sex refert *Gregorius lib. 8. Moral. super illud Jobi 7. terrebis me per somnia. Aliquando*, ait, *somnia ventris plenitudine, aliquando inanitate, aliquando illusionem, aliquando cogitatione, simul & illusionem, aliquando revelationem, aliquando cogitatione simul & revelationem generantur: de quibus latius ibidem differit. Usitatissima somniorum divisio est in naturalia, quæ vel ex diurna cogitatione, vel ex temperamento & corporis constitutione oriri solent: Diabolica, quæ à Diabolo immittuntur, qualia sunt Ethnicorum, Enthusiastarum, multa Papistarum, Zwinglii: Divina, quæ in Scriptura reperuntur. *Genes. 20. 28. 31. 37. 40. 41. Jud. 7. 1. Reg. 1. Dan. 2. 47. Matth. 1. 2. 27. Actor. 16. 18. &c. Nota certissima & *τεκμηριωσις* somniorum Diabolicorum est, à verbo Dei abducere, & vel in vita, vel in fide aliquid contra verbum Dei docere. Nota divinorum non usque adeò certa, quia rara, & cum miraculorum dono cessarunt, si quando olim ea contigerunt, Deus ipse ea revelavit talia esse, vel somniantes illuminando, vel ad somnii interpretationem inquirendam instigando, vel aliis explanationem revelando. In genere de somniis statuimus, si religionem concernant somnia ad Scripturæ trutinam ponderanda.**

randa, & quæ præcedente quaestione dicta repetenda: *Sin futuro eventus spectant, naturalia medicis conjecturas exhibent: quanquam multa vana sint Ecclesiast. 34. divina sine divina interpretatione intelligi nequeunt Dan. 2. Diabolica verò æstimare est superstitiosum & severè prohibitum, Deut. 18. 10. Tutissimum ergò est, pleraq; contemnere & potius illud Philonis approbare de interpretatione somniorum à Josepho in carcere: Ego non dissimulante, ait, dico, civilem virum esse somniorum interpretem: non quales sunt ipsi nugatores & garruli & mercenarii Sophistæ, quæstum facientes ex nocturnis somniorum ludibriis: sed qui magnum illud somnium, commune publicumq; atq; vigilantium, non dormientium hominum exactè intelligat: id somnium, ne quid mentiar, vita hominum est &c.*

QVÆSTIO IV.

An fuga in persecutionibus concessa?

Ut omnia alia, ita & fugam Christus nostri causâ suscipit: est enim ea. 1. *nostra institutio tum de humanitate ejus vera, tum de exinanitione summa.* 2. *Est nostra restitutio per fugam Adami à Deo, amiseramus Paradisum, recipimus eum, per fugam Christi.* 3. *Est fuga nostra in persecutionibus consecratio tam exemplo, quam merito.* Postremus hîc finis non ab omnibus rectè perpenditur, à quibusdam nimis extenditur, à quibusdam nimis restringitur. Ad priores illi pertinent, qui nullo Dei & sui proximi habito respectu fugam arripiunt: Ad priores quoq; referendus videtur *Athanasius*, qui fugam mandatam: ad posteriores *Tertullianus*, qui *ad Fabium Presbyterum* scribens, prohibitam censet. Nos mediam cum *Augustino Epist. 180. ad Honoratum* ingredimur viam, & fugam ipsis quoq; ministris Ecclesiæ, quandoque certo respectu concessam dicimus, nempe: 1. Si Dei gloria ratione fiduciæ contrarium non requirat. 2. Si ipsius conscientia ratione officii non impediat. 3. Si proximi salus non inhibeat: breviter si detrimentum & scandalum nullum præbeat, quod fit, si non doctrina, sed persona persecutione petatur: Vel ut alii proferunt, si persecutio non est publica totius Eccle-

Ecclesiae, sed privata solius ministri: sin minus, maneat: in
Dei potentia, voluntate, promissione confidat, Christi com-
minationem meruat. *Matth. 10. 32. 33.* furorem verò *Basiliidis*
summo perè fugiat, qui in persecutione Deum negare licitum
censuit, teste *Euseb. lib. 4. Hist. Eccles. c. 7.* quem secuti *Helce-*
saita, ceu ex *Origene* refert idem *Euseb. lib. 6. Hist. Ecclesiastic.*
c. 38. Simpliciter verò fugam non esse prohibitam, sed quandoq;
concessam, probat. 1. *Christi consilium Matth. 10. 23.* si per-
secuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam. 2. *Naturale*
studium: nemo carnem suam odio habuit, Eph 5. 29. defendat er-
gò & fuga quantum, & quandiu salva conscientia potest. 3.
Temeritatis periculū: generalis regula est: Deum tuum non ter-
tabis, Deut. 6. 16. Matth. 4. 7. qui enim amat periculum, peribit
in eo, *Syrac. 3. 27.* & notus est *Quinti* tragicus casus apud *Eus.*
lib. 4. c. 15. qui cum seipsum persecutioni obtulisset, deinde à
fide defecit. 4. *Multiplex exemplum: fugit Salvator Matth.*
2. 12. 14. Johan. 8. fugit *Moses, Exod. 2.* *Elias 1. Reg. 19.* *Paulus*
Actor. 9. 2. Corinth. 11. *Petrus Act. 12.* *Polycarpus Euseb. lib. 4.*
c. 15. *Athanasius lib. 10. Histor. Eccles. c. 17. 18. 19.* *Faciant ergò,*
ut cum Augustino l. d. loquamur, faciant servi Christi, ministri
verbi & Sacramenti eius, quod permittit, imò quod fecit ipse. Fu-
giant omnino de civitate in civitatem, quando eorum quisq; à per-
secutoribus queritur: ut ab aliis, qui non ita requiruntur, non
deseratur Ecclesia. Cum quo consentit illud *Chrysologi: Chri-*
stus fugit, ut credituris fiduciam fidei largiretur, quia in persecu-
tione melius est fugere quàm negare. Plura hanc in sententiam
vide apud *August. tract. 13. in Job.* *Cyprian. lib. de lapsis. Atha-*
nasium in Apologia. Summatim repetendo: minister unus
petitur, si plures adsunt, discedat; ministri omnes petuntur,
sed Ecclesia omnibus opus non habet, quos fors liberat [ut
res suspicione careat] latibula petant, & non tam sibi, quàm
Ecclesiae Christi vitam conservent: ministri cum Ecclesia pe-
tuntur: eandem sortem cum ea manendo experiantur: aut
cum eadem ad loca munita se conferant. Talis in mor-
bis contagiosis habeatur itidem

ratio,

QUEST. V.

QVÆSTIO V.

An conversari cum diversæ religionis hominibus licitum?

Plutarchus lib. de educandis liberis. Pythagoræ quoddam proverbium, *quæ nigrantes habent caudas, gustari non oportet,* explicat, quod cum hominibus consuetudo non sit habenda, quos morum depravatio ipsa denigrat. Rationis instar esse potest illud *Ephremi de recta vivendi ratione: quæ primum [inquit] capta à Damone fuerit anima, ad alias decipiendas fit quasi laqueus, sicut perdix comprehensa, pro esca illis proponitur, quæ nondum laqueo capta sunt, circa illam enim auceps laqueos figit, ut voce sua reliquos circumvolitantes ad eosdem pelliciat.* Videntur hæc eò facere, quod omnis conversatio cum malis tollenda sit, hinc non desunt hæretici & Veteres Donatistæ & recentiores Anabaptistæ, qui Ecclesiæ cœtum ab omnibus malis liberum atque purum sibi imaginantur. Sed nos omnem omnino cum infidelibus vel impiis conversationem nequaquam prohibitam esse censemus. Idque 1. *ob Christi auctoritatem,* qui inter infideles Ægyptios conversatus fuit. 2. *ob inevitabilem necessitatem;* non enim Christus orat, ut sui discipuli de mundo tollantur, sed ut in eo custodiantur *Johan. 15. 15.* at ex mundo exeant, eumque deserant, necesse est, qui planè cum impiis commercii nihil habere volunt. 1. *Cor. 5. 10.* Sic enim verba Pauli: *ἐπι ὀφείλετε ἀρᾶ ἐν τῷ κόσμῳ ἕξειν* explicanda esse, ipsa eorum inspectio monstrat, nec opus aliorum argutiis, vel Corinthios jam à scortatoribus hujus mundi exiisse: vel potius exeundum esse, quàm cum scortatoribus misceri: vel utinam possitis exire è mundo: omnes quippe has interpretationes verba ipsa refutant, nobis proin magis placet illud *Chrysostr.* qui *Hom. 16. in 1. Corinth. 5.* ostendit, ait, quod hoc ne possit quidem fieri, et si maxime velint: oporteret enim alium orbem terræ querere. 3. *ob Apostolicam concessionem.* 1. *Corinth. 10. 27.* Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire: omne, quod vobis apponitur manducate. 4. *ob matrimonii conjunctionem:* hæc enim

D

tam

tam arcta est, ut nulla civilis conversatio ei comparanda sit: at hæc conjunctio inter diversæ religionis homines locum habere potest. 1. *Corinth.* 17. 12. 5. ob exemplorum multitudinem: Josephus inter Ægyptios, Daniel inter Assyrios, Naaman inter Syros 2. *Reg.* 4. Camerarius reginæ Candaces inter Æthyopes *Aclorum* 8. versu 27. sine vulnere conscientie vixerunt. 6. ob utilitatem ad infideles redundantem; sufficiat exempli loco ancilla Israëlitica Naamani 2. *Reg.* 4. Addimus tamen distinctiones hæc: *Conversatio* est vel *Ecclesiastica* vel *Politica*: *Ecclesiastica* fit vel ad instituendam in doctrina communionem, quod maximè impium & prohibitum 1. *Corinth.* 10. 14. 2. *Cor.* 6. vel ad promovendam impiorum conversionem, quod maximè pium & laudandum exemplo Christi *Luc.* 15. *Politica*, vel respicit fratres nominatos impiè viventes; quibus communio mensæ seu arctior, denegatur. 1. *Cor.* 5. 11 (quæ est responsio Augustini tom. 7. l. 3. contra Parmenianum cap. 2. ad hanc angustiam questionis, ut ipse appellat) vel respicit extraneos, tum si dominium apud nos ita eos habeamus, ne scandalum nostratibus præbeant: *sin* apud illos, tunc licitum apud eos vivere, si nos vel ad falsam fidem non cogant, vel in vera fide, confessione videlicet vel usu Sacramentorum non impediant: *sin* minùs, discedere erit remedium optimum.

QVÆSTIO VI.

An Scriptura loquatur;

Quando Scriptura controversiarum de fide ortarum, iudex à nostris statuitur, præcipuum quod Pontificii objiciunt, est Scripturam loqui haud posse, audiri non posse, sententiam ferre non posse. Hinc Gretserus in sessione 9. *Coll. Ratisbon.* octies Spiritum sanctum per Scripturam judicare non posse impiè asseruit, Melchior Canus l. 2. loc. c. 7. p. 34. *Scriptura* ait iudex est mortuus, qui nec litigantium utriusque rationes audire, nec sententiam ipse eloqui valet: P. Stevartius in 1. *Thess.* 4. p. 141. Solam Scripturam & controversiarum fidei iudicem & solam mutam tamen legum arbitram esse profitentur sectarii. Costerus in *Enchirid.* tit. de summ. Pontific. p. 135. si solam (Scripturam

pturam) nobis Christus iudicem reliquisset, hoc iudice non satis
consultum fuisset Ecclesie, quod (ut res est sine anima vel sensu)
distracta in varias pugnantesq; sententias, nihil queratur &c.
Afol. l. 1. c. 17. defens. 3. Scriptura manet mortua, nec respondet,
nec se explicat, sed quolibet in suam sententiam se trabente, non
queritur, non respondet, certè tanquam mortua Scriptura. Si-
milia vide apud eundem in schol. de Eucharist. Coste. in Enchir.
p. 44. Steuart. orat. de Colloq. Ratisb. p. 24. Pistor. contra Men-
zerum. Rejicimus impiam & blasphemam hanc sententiam.
Iniqua expresse Deum loqui in Prophetis scriptis dicitur in
nostra Evangelica pericope: *ut impleretur* ^{το ποθεν ειπεν ο κυριος} *quod ait Dominus*; sicut
^{εωφραδ} *quod ait Dominus*: quod commodè in presenti reddi potest, ut
^{το ποθεν} Aoristus sit: hinc Beza reddit, *quod ait Dominus*; sicut
& alias in N. T. quod Deus in V. dixerat, in presentis tempo-
ris forma Deum dicere perhibetur, confer *Actor. 2. 17. 3. 15.*
Rom. 9. 15. 11. 4. quin & participium sequens ^{λεγομεν} commodè
nomen ^{νομιζομεν} respicere potest (confer *Matth. 22. 31. Marc. 12.*
26.) ut hic sit sensus: *ut impleretur, quod dicit Dominus, per Prophe-*
tam dicens. Si igitur Deus ipse, qui in sacris Scripturis legitur, lo-
quitur, impius erit, qui sacram hanc vocem mutam dixerit. 2.
si participium ^{λεγομεν} ad Prophetam referas, ceu infra, *vers. 17.*
nihil nostræ decedit sententiæ, loquetur enim Propheta tem-
pore Matthæi adhuc, utiq; non nisi in Scripturis proinde ^{ισοδου-}
^{ραμηντα} sunt in sacris, Prophetam scripsisse & dicere, confer
emphaticam phrasin *L. 3. 4.* ubi permutantur, *scriptum est in*
libro sermonum Esaiæ Prophetæ dicens, ut jam innumera loca,
ubi Scripturam loqui dicitur, omittamus. 3. Atque ut com-
minus congregiamur, quæro ab adversario, an Propheta
aliud dixerit, aliud scripserit, impium foret asserere, Ergo
idem & dixit & scripsit: impium verò itidem foret, asserere id,
quod Deus per Prophetam loquitur, esse mortuum, mutum:
cùm igitur idem sit in loquela & Scriptura: cur illa viva, hæc
non: illa decidere rem posset, hæc minus: illi iudicium tribui,
huic minus posset: agnoscat ergò essenziale verbi Dei esse
sensum, cujus respectu etiam in æternum manere dicitur: ac-
cidentalè verò vel in tabella scriptionem, vel viva voce enun-
ciatio-

ciationem. 4. Accedit consensus Patrum. Clemens Alexan-
drinus l. 2. Stromatum, Deo per vocem illius (Scripturam) credi-
mus, & qui verbo credit, novit rem esse veram: verbum enim
veritas. Chrysostomus homil. 11. Psalm. 95. ubi è Scriptura divi-
ne vocis prodiit testimonium, & loquentis sermonem, & audien-
tis animum confirmat. August. l. 2. c. 33. de nuptiis & concupis-
centiis. Ista controversia judicem querit, judicet ergò Christus:
Et mox: judicet, & cum illo Apostolus, quia cum Apostolo ipse lo-
quitur Christus. Concludimus proinde Scripturam illis esse
literam mutam, quorum aures sunt surdæ & obduratæ: & cum
Hilario (lib. ad Constant. August. ubi laudat Imperatorem, &
dem tantum secundum ea, quæ scripta sunt, desideran-
tem) qui hac repudiat Antichristus est, qui
dissimulat, anathema
est.

F I N I S.



94 A 7385

ULB Halle
002 728 095

3




VD17



1. An die ...
2. ...
3. An die ...





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

TIO
nica post
ionis.
ICE
HARDO
OFESSORE
e honorando.
nit
YSERUS
VII,
Æ
MANNI.

